BURNDY 14

ISAAC NEWTON

—

«NOTANDA CHYMICA»

—

AUTOGRAPH MS.

Burndy #14
MSS 1028 B
RB NMAH

BURNDY LIBRARY
Chartered in 1941

Gift of
BERN DIBNER

Notanda Chymica.

Novem musæ et frater Apollo sunt 9 Aquilæ et una pars terræ nigræ. Maier. Hierogl. p. 9. 268

Jupiter est idem Pluto Sol et Dionysus nec non Adonis. Juno est aqua mercurialis, Jupiter sal in fundo manens a quo aqua illa destillatur, et ideo Juno dicitur prius nata. Maier. Hier. p 107. 193

Pluto claves pro insigni ut Jupiter sceptrum et Neptunus tridentem gestasse fingitur, quia sine ejus clave nihil obtineri potest. Maier. Hier. p. 107. 109.

De marte quod ex Jove et Junone sit natus antiqui non dubitant. Maier Hier. p 117.

Venus Dea amoris candida est. Extract. Maier. p 4. Mars vir rubeus et ardens. ib. Venus est luna Philosoph. nec non Juno et Beia ib. p. 3,8. In fabula de Venere et Adonide per Adonim ~~[deleted]~~ formosum juvenem intelligitur Cupido qui a Venere per ignis violentiam avolat. ib. p. 5. Adonis Venus et Aper sunt Osiris Isis et Typhon, Sol Luna et ☿ p. 3. In vase pthico Venus Adonidi occiso accurrens tingit rosas niveas in purpureum colorem cruore suo. ib.

De ponderibus Elementorum vide Maier. extract. p. 3, 16, 19, 27.

In Senioris Tab: 2. duæ soles superiores ~~[deleted]~~ idem sunt cum 2 avibus in Tab. 1. et radijs duobus unius solis et uno alterius significatur eorum proportio. Sol tertius infra habet mutationes quæ superveniunt. Maier. extr. p. 8.

Mas ignivomus et fœmina alas habens ad pedes generant gemellos, marem cornua habentem et fœminam oculos habentem livore turgidos: Hi rursus generant geminos filium et filiam & hi cum adulti sunt generant filium facie sanguinea ~~p~~ et filiam & hi ... et ex ea generat filium omnium nobilissimum Osiridem qui matri suæ Isidi nubit. Mayer extr p. 12.

Rex in agris clamans est ♄ Maier extr. p 13. Ex vulgari ♄ physicum faciendum est purum homogeneum ab omni sua heterogeneitate purgatum in substantiam Saturni quia tota volat vel tota manet pro operationis diversitate ib. p. 14. Arsenicum est sal ~~est~~ fusib. seu ignis primus seu ☿ seu Typho Mayer extr p 14. Iste est fimus quo terra (in quam ☉ seminandum est) lætificari debet. ib.

Lac virginis, aqua vitæ, menstruum dealbatum, nutrimentum infantis &c est ☿ a sua fæculentia per sublimationem dealbatus. ib. p. 14. Nequit tamen Magisterium hoc solo ☿io sine ♀e seu corpore perfici. ib. Ingenium brevitatis hujus est æqualitas et virtus terræ sulfureæ quam Hermes vocat nutricem lapidis, quippe quæ est vis integra lapidis. et dicitur Leo viridis, Draco devorans caudam suam i.e. argentum vivum suum, congelans et mortificans, terra deserta a suis spiritibus depopulata, et Hyle quia totius naturæ fundamentum est et subjectum omnium elementorum. Sed ut integra sit reduci debet ☿us in ipsum. Maier. Extract p 15.

Aurum vivum bis sublimandum et coquendum biduo ut magister Avicennæ artem docendo prodidit. Et hic est sensus magnus. Maier. extr. p. 16.

Aurum vulgi nondum fusum nil magis valet in hac arte quam fusum Maier extr. p 18.

Tutia eadem quæ lapis calaminaris Maier. extr. p 22,23

In philosophico subjecto ubi duæ aquilæ alata et non alata se mutuo retinent, cohærent oia. Primo levia prædominantur gravibus quoad copia attamen a virtute gravium vincuntur: successu autem temporis alæ aquilinæ præsciduntur et fit ex duabus una avis prægrandis (nempe struthio camelus) quæ ferrum consumere possit quæqꝫ pondere prœpedita currat magis quam per aera volet licet pennas speciosas habet. Septem spiritus minerales seu stellæ erraticæ cum totidem corporibus metallicis maritari debent. Cum spiritus solverit corpus et animam ut sint in forma sua; non permanet fixum nisi occupaveris ipsum id est conjunxeris cum corpore de quo præparasti in principio, quoniam in eo occupatur a fuga spiritus ad superexistentia corporis — Maier extr. p 27, 28.

Portavit eum ventus Boreas in ventre suo. Sulphur (quod est ~~centrum~~ radix cubi, centrumqꝫ Saturni Jovis et Martis Planetarum) portatur in ventre argenti vivi et illud argentū vivum compositum est ex fumis seu terra et aqua se retinentibus et componentibus volatilem terream aquam. Hic ☿us sulphur seu Dionysium aut si mavis Æsculapium imperfectum fœtū ex ventre materno vel etiam ex cineribus corporis materni combusti accipit et portat eò ubi maturari possit, ut edantur gemelli unus ~~[illegible]~~ albis capillis Calais dictus alter rubris Zete. Hi sunt Boreæ filij (quos Basilius vocat spirantem ante simplicem geminum ventum) et ubi ad justam ætatem perveniunt liberant Phineum ab Harpijs seu sulphure impuro volatili, pro quo beneficio ille gratus ~~[illegible]~~ viam omnem Argonautis declarat. Maier extr p 26.

Pannos nostros lavamus sale metallico &c. ib.

Acetum acerrimum ~~est aqua~~ quæ facit aurum esse merum spiritum et aqua quæ solvit et coagulat non autem coagulatur quia non est de subjecto proprio. ~~aqua~~ Destillatur ibid. p 30. Estqꝫ aqua nubium, ros Maij, ignis occasionalis. et petitur ex fonte in vertice Parnassi facto ab ungula Pegasi volatilis. ib.

Mercurij Caduceus alatus est: ib. et pag 43.

Latona est filia solis et Lunæ. ~~et mater etiam solis et Lunæ seu Apollinis et Dianæ.~~ Hæc a Jove compressa fit etiam mater solis et Lunæ seu Dianæ et Apollinis. Primò edita Diana eodem die functa est Obstetricis munere in edendo suo fratre Apolline. Est autem Latona fusca ~~[illegible]~~ subnigra et maculata in facie. Sed quomodo dealbanda? Nempe Latona primo inquirenda est quæ ex vili loco ~~[illegible]~~ extrahitur & sublimatur in digniorem et inde in viliorem submergitur nempe in fimum, ubi albescit et fit plumbum album quo habito dubitandum non est de successu. Ex ære Philosophico fit plumbum ex plumbo stannum seu plumbum album quo habito fac opus mulierum hoc est coque. Docet autem Geber quomodo saturnus per lotionem cum mercurio migrat in Jovem. In summis montibus etiam æstate nives observantur et nubes quibus tanquam vapore et aqua plumbum nigrum abluitur et in candorem ~~[illegible]~~ vertitur. Mercurius clarus et currens beneqꝫ præparatus Saturni nævos emendat eumqꝫ in solium Jovis evehit. Saturnus

DSI

nus est prima porta arcanorum. Huic succedit ♃ qui patrem de regno deturbavit et eviravit ne plures generaret filios. Ex membro virili in mare projecto nata est Venus pulcherrima fæminarum. Ex Jove qui est plumbum candidum præparatum nati sunt planetæ reliqui, ut Mars ex Junone, Mercurius ex Maia, Luna et Sol ex Latona: qui quatuor sola decoctione seu opere mulierum in lucem prodeunt. Coquit autem Philosophus subjectum suum in aceto acerrimo. Maier. Extr. p 30, 34, 35.

Clavibus occupatis et aperto Rosario Philosophorum ~~horto Hesperidum~~, in ipso introitu Venerem cum amasio suo Adonide videbit. Illa enim sanguine suo albas rosas tinxit purpureas. Ibidem et Draco animadvertitur, quemadmodum in horto Hesper. qui rosis custodiendis invigilat. ib p 36. Adonis ab apro occiditur id est ab aceto acerrimo seu aqua solutiva solvitur & discinditur ut Osiris a Typhone. ibid p 44.

Aqua fœtida parens est Leonis viridis et fumi albi. Ex ea per eam et cum ea præparant Philosophi elixir in principio et fine. Terra est et fœtorem sulphureum seu odorem languam sepulchrorum de se mittit, estque aqua quam Pegasus ~~de se mittit~~ ex Parnasso ungula sua percusso elicuit, aqua fortissima (ex terra orta) quæ in sola ungula caballina servari potest: aqua Draconis quæ debet fieri per Alembicum sine omni alia re addita, in qua facienda maximus est fœtor. Post aquam fœtidam Leo viridis seu æs Hermetis, Duenech viridis et liquidus, corpus leprosum propter viriditatem suam. O benedicta viriditas quæ cunctas res generas. Ut nullum vegetabile germinat absque viriditate sic hujus rei generatio viridis est: unde Philosophi germen ipsum appellarunt. Hoc est aurum et æs Philosophorum et lapis in capitulis notus, fumus vapor et aqua, sputum Lunæ quod solis lumini jungitur. Hic Leo viridis pugnat cum Dracone sed ab eo superatur et successu temporis devoratur & simul putrefiunt. Draco superior factus Leonina adeo se carne replet ut paulo crepet et emoriatur. Tertio sequitur fumus albus qui si coaguletur fit aqua et aquæ officium præstat in abluendo solvendo et maculas abstergendo instar saponis. Reperitur in tenebris cum magna difficultate, et eam operi rectè applicare ~~[illegible]~~ adhuc difficilius est: cujus circumstantias & proprietates Maierus diversis in locis descripsit. Maier. Extr. p 42, 43.

Saturno germen inseritur et compositum calori philosoph. committitur donec maturum sit. Verum mineræ seligendæ. Elephantem, qui idem est cum Cadmi socijs, ~~[illegible]~~ aquatu redeuntem, et aquis prætumidum Draco adoritur, ejusque pedibus nexus & gyros suo corpore sinuoso injiciens sanguinem ebibit. Tandem Elephas viribus deficiens Draconem cruore saturatum, suo pondere in terram corruens, conterit et extinguit, omni regurgitante et effuso ejus sanguine qui post Draconis (licet potior pars Elephantis sit) dicitur et ad medicinam philosophicam assumitur. Draco hic saturno appropriatur dum capite caudam apprehendit et ex duobus capite et cauda fit unum quid: Apollini quia ab eo occisus seu putrefactus dicitur Python: Æsculapio quia medicinæ symbolum est: mercurio, quia constituit duplicem circa caduceum mercurialem substantiam, masculinam et fœmininam seu hermaphroditicam contrariam operationem

operationum nempe quod durum mollificet et molle induret, animasque educit & reducit [occidit et vitam reddit], illud coagulando, ~~potissimum~~ illud resolvendo quod coagulatum et putrefactum est ~~recolorandos~~.

Hic servavit poma Hesperidum & Geryonis tricorporis boves puniceos. Interfecit Cadmi socios ~~aqua~~ aquatum redeuntes qui sunt elephas, et a Cadmo interficitur quia Elephas Draconem moriens occidit. Hic ~~filius~~ soboles est Typhonis et Echidnæ Typho spiritus ardens sulphureus siccus, ventus procellosus, ~~vel~~ fumus, turbo siccus, sulphur, terra ignea pinguis vel butyrosa: Echidna autem serpens frigida et humida. Ille subjecti pars sicca et calida, hæc ejusdem pars aquea seu humida et frigida; ille mas hæc fæmina. ib. p. 54, 55, 70, 87. Talis est serpens qui Cadmi socios aquatum euntes ~~interfecit~~ absumpsit et a Cadmo interfectus est. Hic est Chaos illud rude habens in se quatuor elementa &c ib 70.

In saturno planetæ omnes conjuncti sunt simul. ib p 72.

Aqua saturni est fortis et vorans liberos quos genuit ib p 74 hoc est acetum acerrimum ~~&~~ clavis operis ib.

Columba in ventre Corvi absconditur quam ille asper et truculentus non relinquit nisi valdè urgeatur a Vulcano. ib p 84

Serpentes ~~duo~~ mercurij seu Amphisbæna quam Bacchus palmite vitis i.e. liquore contento occidit, (vir[l] caduceo) coqui solvi et interimi debent in aqua vino aut aceto philosophico ib. p. 86, 87.

Ignis et vas Hermetis sufficiunt, i.e. ignis et azoth. ib p. 9 ~~ ~~ Ignis Pontani et azot artem complent. Si scis hunc ignem mercurius tibi sufficit. Hic ignis et Pytho (i.e. ignis putrefactionis) et Typho ex quo et Echidna (quæ est anguis aquatica) numerosa ac monstrosa soboles nata dicitur: nempe Cerberus, Chimæra, Sphinx, Hydra, Hecate, Geryon & ejusmodi alij. Hic est ignis quo Artifex res suas tractabiles facit ut Carpentarius igne ligneam materiam incurvat p 10.

Deus dedit duos lapides unum ad album alterum ad rubrum gratis. Hi sunt inimici at per virgam ♀ij conciliandi nec non per Vulcanum materias in vase decoquentem donec unum fiant. ib. p. 10, 11.

In purificatione auri per ♁, una pars auri liquefacti injiciendum in sex ♁ij ☉ protinus liquefacti, dein aurem in vase aperto ad flammam follium purgandum ab Antimonio. Metalla oĩa fundu̅ petunt et regulũ dant sed non tam cito ut aurum neque tota sui substantia. ib. p. 18.

Aqua solutiva omnium metallorum ex varijs salibus facta est clavis qua portæ metallicæ reserantur ut una in aliam transire possit. At a salibus ~~non~~ nisi in præparatione abstinendum. ib. p 19.

Ut ex asino et equa mulus generetur debet esse seminum utrorumque proportio

Detur utrique suus naturæ pondere pastus,
Qui si forte velis quærere quantus erit?
Dimidia quod agentis et illius adjice duplo,
Ex asino mulum tum generabit equa. ib p. 19

Populi Americani in Peru aurum ~~mollificare~~ norunt ut instar ceræ digitis

wachter. ib. p. 20.